

16 bus exheredari queunt. Neque t obstat dicta l. alimenta, 6. §. 1. ff. tit. Siquidem non de donatio, sed de liberto loquitur, qui patrono egentialementa denegauit: neque hic vlla comparatio est patroni, & donatoris. Et si enim is donatarius beneficio affecerit, & liberalitate ad gratitudinem, atque remunerationem obstrinxerit: attamen, patronus longe maius in liberto contulit beneficium, libertatem t scilicet, rem omnium preciosissimam, nulloque pretio nummatione aestimandam, leg. libertas inestimabilis, 106. ff. de regul. iur. Pari ratione nihil ad rem pertinet dicta l. decurionibus, 8. ff. de decurionibus. Illic etenim singulare traditur decurionum privilegium, quod personas illorum non egreditur, nec ad exemplum porrigitur, §. sed, & quod principi, 6. Instit. de iur. nat. gent. & ciu. l. quod vero, 14. & l. ius singulare, 16. ff. de legibus, &c. Atque, ita docent Donellus, dicto libro 14. Commen. cap. 27. Giph. ad d. l. vltim. C. de reuoc. donat. Obrecht, disput. 3. de donationibus, the. 113. cum seqq. Hachelm. disput. illustr. 19. the. 17. sub litt. B. alique ab eo commemorati Harpr.

17 **Ob causam.** Et quod vere dicatur donatio ob causam, dixi infra q. vltim. **Giach.** **Procedat in donatione ob causam.** Tamen quidam Doctores existimant, quod supradicta conclusio, quae habet donationem reuocari posse, procedat etiam in donatione ob causam, seu remuneratoria: Gusiell. de Cuneo, & Bald. in l. si tibi pecuniam, 20. ff. de reb. credit. si certum per. hocque referens Rol. ad Val. conf. 13. nu. 10. vol. 1. contrarium tamen communiter receptum est, ex hac ratione: quod donatio ob causam, & remuneratoria, non sit proprie donatio: nisi dicatur, reuocari donationem ob causam: propter ingratitudinem in eo, in quo donatio excedit causam: cum in excessu sit proprie donatio: vt post Corneum conf. 45. lib. 4. tradit Petr. Nicol. Mozz. d. tract. de don. tit. vlt. nu. 64. Harpr.

18 **Donatio.** Vt tradit Crauet. conf. 85. & 136. & dixi d. vlt. quæst. **Giach.** **Nunquid donatio facta Ecclesie possit reuocari.** Quod donatio facta Ecclesie, propter ingratitudinem Praelati, vel capituli reuocari nequeat, post Clarum nostrum tenet quoque Mozzius d. tit. ult. nu. 65. Harpr. **g Praelati conferens alicui beneficium, &c.** Quod beneficium ecclesiasticum ingrato collatum, ab eo auferri non potest, ultra Clarum hic nostrum, & ab eo relatos, scribit Mozzius modo allegato tit. ult. nu. 66. Harpr.

26 **h Nunquid valet pactum appositum in donatione, quod non possit propter ingratitudinem reuocari.** Quod pactum donationi appositum, de non reuocanda donatione propter ingratitudinem donatarii, nequaquam valeat, plerique tradiderunt. Speculator ad tit. de donat. §. 1. nu. 5. Ripa in d. l. ult. qu. 54. num. 180. & seq. C. de reuoc. donat. Boerius conf. 41. nu. 11. lo. Gutierrez in tract. de iuram. confirmatorio, part. 1. cap. 10. n. 5. Tiraquell. in l. si unquam, 9. in praefat. num. 140. de reuoc. don.

hosque laudans D. Boer. in Comment. de donation cap. 3. nu. 99. & D. Obrecht. d. disput. 3. de donat. thes. 107. Et quidem recte tradiderunt: siquidem isthoc pactum contra bonos mores esse censetur, l. si vnus, 27. §. pacta, 4. ff. de pactis, l. illud, ff. de pact. dotalibus, l. contractus, 23. vers. excepto eo. ff. de reg. iur.

17 Ceterum t an, & quatenus hoc pactum iuramento firmari possit, abunde (relatus in vtraque parte Doctorum auctoritatibus) exponit D. Boer. d. cap. 3. nu. 100. Porro non inutiliter hoc loci illa quaestio ad di, & moueri poterit: ecquid ingrati actio, quae videlicet t donatori ad rem ob ingratitudinem donatarii reuocandam competit, personalis sit, an vero realis: Quod sit realis, statuere videtur Donellus ad §. omnium autem 1. nu. 14. Institut. de actionibus. & libro 20. Comment. de iur. ciu. c. 9. hac potissimum ratione motus, quod in l. his solis, 7. C. de reuocand. donatio. diserte ab Impp. Constantino, & Constantio retribuitur, actionem, quae datur matri ad donationem ingratum liberis factam reuocandam, effectum habere vindicationis, adeoque realem esse. Sed quod praefata actio non sit in re, sed in personam, sequentibus argumentis luculenter demonstratur. Primo enim verba in dict. l. solis, 7. versic. actionem vero, Cod. dict. expressa sunt: Actionem vero matris ita personalem esse volumus, vt vindicationis tantum habeat effectum: nec in herede datur, nec tribuitur

27 **Sed hic quæro, tu scis, quod Praelatus conferens alicui beneficium ecclesiasticum, videtur quodammodo donare: nunquid si ille, cui contulit beneficium, commiserit aliquam ingratitudinis causam in personam conferentis, poterit ipse ea ex causa collationem reuocare? Resp.** quod non. Ita tenet Ioan. Andr. & communiter Doct. vt dicit Abb. in c. fin. nu. 6. de don. Nam collatio beneficij non potest dici donatio, ex quo Praelatus illam facit potius ex ne cessitate officij, quam ex liberalitate. Hanc etiam opin. dicit tenere communiter Doct. Ripa in d. l. si. nu. 158. & seq.

28 **Quæro et, nunquid valet pactum appositum in donatione, quod non possit propter ingratitudinem reuocari: dixi infra hoc eod. lib. §. pactum.**

hered. Quibus ex verbis perspicere promptum est, actionem hanc reuocatoriā esse reuera, siq. natura personalem quauis in effectu soluti, q. neque heredi datur, neq. in heredem cui rei vindicatione conueniat. Iā vero quæ in effectu conueniunt, re ipsa prouinus, & essentia nō cōueniunt. Deinde actio in re nemini datur, nisi qui rei, quæ petitur, dominus est, d. §. Inst. de actionibus, l. in rem actio, 23. ff. de rei vindic. At qui is, qui re donatā ex causa ingratitudinis reuocat, non amplius dominus est rei iustus, vt cuius dominum per traditionem in donatarium transfulerit, §. per traditionem, 40. Inst. de rer. diuis. Ideoque ei de re illa reuocanda, & repetenda vindicatio cōpetere nequit. Præterea t omnis actio, ex delicto descendens, est personalis, d. §. 1. Inst. de actionibus. At vero actionem hanc donationis reuocatoriā ex delicto priuato, ingratitudine scilicet insigni donatarii in donatorem nasci, nemo negare potest. Denique t actio in rem datur in possessorem, quatenus possessorē, l. qui petitio, 36. ff. de rei vind. Praesens autem actio datur in donatarium, tanquam ingratum, & delinquentem, siue ex delicto obligatum, d. l. his solis, 7. C. de reuoc. don. Ergo nō in rem sed in personam est. Idque fufius declarat D. Boer. d. comment. de donat. c. 3. nu. 93. & alii quot seqq. Illud quoque hic paucis addendum: quod t donatarius ingratus non teneatur rei donatæ fructus, ante reuocationem vsque ad litis contestationem perceptos restituere: tamen si post litem contestatam eos restituere cogatur, lege certum, 22. C. de rei vind. Tiraq. in l. si unquam, 8. in verb. reuertatur, nu. 281. C. de reuoc. don. Gutierrez in tract. de iuram. confir. par. 1. c. 10. nu. 7. cum seq. D. Boer. d. c. 3. nu. 102. Harpr.

Q V A

Q V AESTIO XXII.
S V M M A R I A.

Ex Claro.

- 1 Donatio propter superuenientiam liberorum reuocatur ex dispositione l. si unquam, C. de reuoc. don.
- 2 Et quid si testator tempore donationis de liberis cogitauit.
- 3 Et quid si tempore donationis habeat filios, quibus deinde mortuis alij superuenerint.
- 4 Et quid si pater in donatione renunciauerit dispositioni d. l. si unquam.
- 5 Et an dispositio d. l. si unquam. locum habeat etiam in donatione partis bonorum, vel rei alicuius particularis.

Ex Additionibus.

- 1 Donatio propter superuenientiam liberorum reuocatur ex di-

A D D I T I O N E S.

- a **Donatio reuocatur ex dispositione d. l. si unquam.** Sed an hoc casu retro transferatur dominium, & possessio in ipsum donantem abq. traditionem: An vero requiratur

Q V AEST. XXII.



vssequens causa reuocandæ donationis à iure tradita, est superuenientia liberorum,

quæ quidem materia videbitur forte nonnullis omitti potuisse, cum de ea extent duæ repetitiones amplissimæ, in d. l. si unquam. C. de reuoc. donat. altera quidem Ripæ, altera vero Tiraquell. in quibus nihil fere omisum est: Noli tamen videri aliqua in re in totum defecisse. Attingam igitur solummodo aliqua capita earum questionum, quæ in practica frequentius occurrunt, easque, quam breuissime fieri poterit, explicabo: relictas studiosus Lector in prædictis repetitionibus diffusissime tractatas inueniet. Facienda est ergo in primis conclusio, quod si post factam donationem superueniant liberi ipsi donatori, donatio reuocatur.] Donatio

- 1 facta à patre, desperatione liberorum procreandorum ducto, in totum per superuenientiam liberorum reuocatur, l. si unquam, 8. C. de reuocand. donat. Cuius legis dispositio quamuis de patrono donatore, & liberto donatario diserte loquatur: tamen t non inepte ad quemcunque donatorem, liberos non habentē, porrigitur. Quoties n. ratio legis est generalis, toties lex ipsa generalis censetur: cum dispositio legis, quantumuis ad certas personas accommodatæ, ex generalitate rationis extensionem admittat. Atqui vero ratio dictæ l. si unquam, 8. C. d. tit. videtur esse generalis, & non magis ad donationem cum liberto, quam ad donationem cum quouis extraneo celebratam pertinere. Ratio namque, cur illic, liberis post donationem donatoris natis, reuocetur donatio, hæc redditur: quod cum t pater non præsumatur proprio sanguini extraneos antefere re voluisse, argu-

positione l. si unquam, 8. C. de reuocand. donat.

- 2 An dispositio ista porrigatur etiam ad alium parentem, quam patrem liberto sub donantem.
- 3 Pater non præsumitur propriis liberis præferre extraneos.
- 4 Vbi eadem ratio, ibi eadem iuris dispositio.
- 5 Num in dubio donator præsumatur cogitasse de liberis, vt scilicet beneficium dictæ l. si unquam cesset.
- 6 An, & quatenus pater iuri donationem reuocandi renunciare queat.
- 7 Et quid, si iuramentum interuenerit.
- 8 Ratio naturalis liberis parentum hereditatem addicit.
- 9 Conciliatio duarum contrariarum opinionum, remissive.
- 10 An dispositio dictæ l. si unquam. in modica donat. one locum habeat.
- 11 Quæ res leuis, siue modica dicatur, arbitrio iudicis relinquatur.

ment. l. cum auus, 102. ff. de condit. & demonstrat. l. generaliter, 6. §. 1. C. de instit. & substitut. l. cum acutissimi, 30. C. de fideicommissis, intelligatur tacita hac conditione donationem fecisse, vt, si liberi postea nati fuerint, donatio ad se, suosque liberos reuertatur. Militante igitur t hac ratione non solum in

patrono, d. l. 8. C. reuocand. donat. verum etiam in omnibus alijs donatoribus: militabit quoque dispositio, argum. l. nam, vt ait Pedius, 1. §. ff. de legib. l. illud quaesitum, 32. ff. ad leg. Aquil. l. à Titio 108. ff. de verb. obligat. Atque ita, præter Clarum hoc loco nostrum, & ab eo relatos, statuunt Mynfinger. cent. 5. obseru. 63. cum seqq. Petrus Nicol. Mozz. in tract. de donat. tit. vlt. nu. 74. Cuiacius lib. 20. obseru. c. 3. Fachineus lib. 3. controuers. iur. c. 85. D. Collega Boer. in Commentar. de donationib. cap. 3. num. 110. Fortiter, disput. 10. ad Instit. th. 18. Gomel. tom. 2. var. resol. c. 4. de donat. num. 11. Treutler. disput. 19. th. 7. vol. 2. Hackelman. disp. illustr. 19. th. 17. Hænon. disput. 6. ad Institut. controuers. 21. Vultreus in §. alie autem. 2. num. 7. Instit. de don. & ibidem Heigius in fine, Hartman. Hartmani, lib. 2. tit. 43. obseru. 1. & Gothofred. in not. ad dict. l. 8. littera I. C. de reuocand. Tamen multum spernenda auctoritatis Iureconsulti, dissentiant, contententes, donationem post perfectam, natis postmodum donatori liberis, non reuocari, nisi donator fuerit patronus, & donatarius libertus. Ioan. Corasius lib. 7. miscellan. iur. ciu. cap. 30. Francisc. Connan. lib. 5. Comment. iur. ciu. cap. 10. Giph. & Donell. ad d. l. si unquam, 8. C. reuocand. donat. idemque Donell. lib. 14. Comment. de iur. ciu. cap. 32. & inibi Hilliger. Ant. Faber. lib. 7. coniect. iur. ciu. cap. 14. & 15. Ioan. Nicell. disput. feudal. 5. th. 8. sub littera A. Andr. Gerhardi decad. 6. quæst. 10. Arumæus Exercitat. Iustin. 6. th. 16. & Di-

Disput. Pandect. 19. th. 18. & Quirinus Kuba-
chius cent. 2. quæst. illu-
str. decur. vltim. quæst.
2. Sed omnia horum ar-
gumenta, quibus nitun-
tur, erudite, ac perspicue
noniter refutauit D. Bo-
cerus d. Commentar. de
donat. cap. 3. num. 110.
cum multis seqq. edit. 2.
ad quos Lectorem, gratæ
breuitatis studio, remit-
to. De illis etiam plenius
differui ad §. aliæ. 2. In-
stit. de donat. num. 145.
& seqq. Harpre.

c Cogitasset.] Adde
per Tiraquel. dict. l. si vn-
quam. cap. 13. Socin. in
confil. 263. in fin. volum.
2. & in rubr. ff. de liber.
& posthum. Et quomo-
do intelligatur per Ruin.
conf. 98. num. 22. volum.
1. Et quando cogitauit
de liberis, quomodo in-
telligatur? vide per Ias.
in confil. 226. lib. 2. An
procedat in filio legitima-
to? quod non. hoc conf.
226. lib. 2. Dec. 366. col.
2. Roman. 164. quod sic.
vide Ruin. conf. 173. Sed
quid in legitimo per
subsequens matrimonium?
vide per Boer. decif. 159.
Non procedit in donatio-
ne minima. Dec. conf.
366. colum. 4. Ias. in l. 1.
in §. not. & ibi etiam Deci.
C. de pact. Item nō pro-
cedit in donatione pro-
pter benemerita: per
Dec. in dict. conf. 366. &
20. & in dict. l. 1. col. 2.
Roman. confil. 26. Ro-
land. conf. 5. num. 12. vo-
lum. 1. in conf. 76. nu. 16.
in 2. in conf. 13. num. 3.
in 3. Natt. confil. 674. co-
lum. 7. & vide per Apo-
stol. ad Dec. d. confil. 22.
Item non habet locum
quando tempore dona-
tionis donans habebat fi-
lium, & facta donatione
ipsum legitimauit. Ca-
siren. conf. 433. quem ta-
men vid. 432. & Boeri.
decif. 59. An procedat,
quando maritus promisit
pro vxore, quod habebit
raturum, quæ deinde con-
tra facit? Soc. in confil.
215. col. fin. in 2. & 22.
in 3. Item an procedat in
donatione iuris patrona-
tus. Deci. in confil. 675.
Item an procedat, quan-
do filius donat patri. De-
ci. conf. 182. in fin. Rub.
conf. 90. licet contrariū
voluerit Ruin. conf. 98.

2 Ex qua quidem ratione in-
primis infertur, quod si tem-
pore donationis donator de li-
beris cogitasset, nō esset locus
dispositioni d. l. si vnquam. &
ita communiter tenetur, vt ait
Socin. conf. 53. num. 7. lib. 4.
Ias. conf. 125. col. 2. & 3. lib. 1.
quem refert Socin. iun. conf. 67.
num. 51. lib. 2. ita etiam com-
muniter concludi attestatur
Alb. conf. 102. num. 2. Puta
(secundum aliquos) si dona-
tio esset facta in contractu ma-
trimonii: nam eo casu vtique
presumitur donator de liberis
cogitasse, quorum suscipiendo-
rum causa solent matrimonia
contrahi ideo talis donatio non
reuocatur ex dispositione d. l. si
vnquam. Ita dicit Signo. conf.
69. post num. 12. vers. Præte-
rea cum mater. & est commu-
nis opin. vt dixit Tiraquel. in
d. l. si vnquam in præfat. num.
71. quem refert Boeri. decif.
159. num. 9. licet ille corrup-
tum alleget in verbo, prius.
num. 62. cum seq. Hæc tamen
conclusio mihi non multum pla-
cet, & videtur aperte repugna-
re communi regulæ, quod sci-
licet debet expresse constare,
quod donator de liberis cogita-
uerit, & quod in dubio præsu-
mitur non cogitasse: quæ regu-
la colligitur ex dictis Bart. in
d. §. Imperator num. 8. qui in
hoc communiter approbatur,
vt dicit Socin. in l. 2. in princ.
col. 1. ff. sol. mat. & si opin. Si-
gnor. vera esset, idem & mul-
to fortius esset dicendum in
quocunque coniugato habili ad
prolem suscipiendam, quod iudi-
cio meo esset valde absurdum.

3 Secundo infertur, quod si
donator tempore donationis iam
habebat filios, etiam si alij filij
deinde superueniant, non de-
bet donatio reuocari: & ita
colligitur ex verbis ipsius l. si
vnquam, ibi, filios non habens
a contrario sensu. Sed quid si
pater habes filium iam natum,
illi donationem fecerit, nunquid
si postea alij filij superueniant
donatio ipsa reuocabitur? Resp.
hic casus non est comprehensus
in dispositione d. l. si vnquam.
sed cedit sub dispositione l. si
totas. C. de inoffic. don. & ideo
dicimus, quod talis donatio
facta filio reuocatur propter
superuentientiam aliorum filio-
rum, non quidem in totum, sed
tanquam inofficiosa reuocatur
solummodo vsque ad legiti-
mam partem bonorum filijs
postea natis competentem. Et
ita tenent communiter Doctores.
vt dicit Corn. conf. 11. in litte-
ra 2. lib. 3. Hanc etiam dicit
esse communem opin. Bertran.
conf. 163. post num. 4. lib. 2. in
2. parte. Ripa in d. l. si vnquam.
quæst. 47. Socin. iun. conf. 83.
num. 20. lib. 3. licet postea num.
28. videatur inclinare in con-
trariam sententiam, Tiraquel.
in d. l. si vnquam in verb. Liber-
tis, num. 75. & seq. Dida. lib.
1. resol. c. 19. num. 1. Si autem
esset facta extraneo, bene re-
uocaretur in totum, vt dixi in-
fra quæst. 24. vers. Aut vero.

4 Tertio infertur, quod si pa-
ter in donatione ipsa renuncia-
uerit beneficio l. si vnquam. do-
natio ipsa non reuocatur, ex
quo proculdubio pater renun-
ciando ipsi legi censetur de li-
beris cogitasse. Hoc autem de
plano procederet, præsuppo-
nendo, quod pater posset in
præiudicium filiorum renun-
ciare dispositioni dict. l. si vn-
quam. sed hic articulus est adeo
dubius, vt vix discerni possit,
quæ opin. verior sit, aut magis
communis, vt dicit Grat. conf.
50. num. 65. lib. 1. quod super
hac quæstione est tanta dispu-
tatio, quod indigeret constitu-
tione Imperatoria, cum hinc
inde sint infiniti Doctores at-
testantes hinc inde esse commu-
nem opin. In primis autem Bar.
in l. Titia. §. Imperator. num. 7.
ff. de leg. 2. tenuit, quod potest
pater in præiudicium filiorum
renunciare beneficio d. l. si vn-
quam. Et hæc opin. dicit esse com-
munem Soc. conf. 147. nu. 17. lib.
1. & conf. 263. nu. 13. lib. 2. quæ
refert Natt. conf. 125. nu. 1. &
Ias. in l. si quis in conscribendo,
nu. 8. C. de pactis, & conf. 125.
col. 3. lib. 1. Dec. in d. l. si quis
in conscribendo, num. 24. Ber-
tran. conf. 192. ante fin. lib. 1.
in prima parte, & conf. 32. col.
2. lib. 3. in 1. par. & conf. 179.
num. 1. lib. 2. in 2. parte, &
confil. 220. num. 8. lib. 3. in 2.
parte, Ripa in d. l. si vnquam,
q. 51. & lib. 3. respons. cap. 15.
circa fin. Tiraquel. in d. l. si vn-
quam in præfat. num. 174. Con-
trariam vero sententiam,
post

num. 28. sed quid de re-
nunciatione facta per ma-
sculum, Boeri. dict. decif.
159. Item an procedat,
quando donatio fit in cō-
tractu matrimonij, Socin.
in l. 2. ff. solut. matr. Ias.
confil. 172. vol. 4. Boeri.
d. decif. Item an proce-
dat, quando partim ven-
ditur, & partim donatur?
Socin. in conf. 22. vol. 3.
Et donatione reuocata
in vim d. l. an possit do-
natarius ingredi posses-
sionem bonorum? quod
non, sed pertinet ad fi-
lium natum: vide per
Ruin. in confil. 137. col.
3. volum. 1. Giach.

Si tempore donationis
donator de liberis cogitasset.
] Quod in dubio
semper presumatur do-
tor non cogitasse de libe-
ris, verius est: cum alio-
qui nullus esset locus re-
uocationi donationis ob
susceptos postea liberos:
siquidem raro liberis gi-
gnendis aliquis inhabilis
reperiatur. Illudque ob-
tinet, etiam si donatio in
cōtractu matrimonij fieret,
vt post Clarum conf.
30. lib. 4. tradidit Petrus
Nicolaus Mozz. d. tra-
ctat. de donationib. tit.
vltim. num. 72. Eadem
de re vide quoque Boce-
runi d. cap. 3. num. 134.
Harpre.

c Quod potest pater in
præiudicium filiorum re-
nunciare, &c.] Quod
pater iuri donationem
reuocandi renunciare
queat, & canere, se natis
postea sibi liberis, dona-
tionem non reuocatu-
rum, præter adductos hic
à Claro, tenent Rota
Romana decif. 124. part.
1. in nouissima edit. Cu-
iacius lib. 20. obseruat.
cap. 5. Donell. ad d. l. si
vnquam, 8. num. 11. &
12. C. de reuocand. don.
Fachin. lib. 3. controuerf.
iur. cap. 84. hosque re-
ferens D. Bocerius dict.
Comment. de donatio-
nib. cap. 3. num. 133. Item
Hæno. disput. 6. ad Instit.
controuerf. 23. Harpre.

d Contrariam vero
sententiam.] Quod pa-
ter beneficio dict. l. 8. C.
de reuocand. donat. ne
sub iuramento quidem re-
nunciare possit in præi-
udicium liberorum, non
sine ratione docuerunt,
post

post alios, Mynsing. cen-
tur. 5. obser. 63. num. 10. &
seq. And. Gail. lib. 1. obser-
uat. 40. nu. vlt. & Forster.
diip. 10. ad instit. thes. 20.
Tum quia tale iuramentū
fieret in fraudē liberorū:
idedque non valet. argu. l.
nam posteaquam, 9. §. sed
& si quis, 5. ff. de iureiura-
t.

8 Tum quia ratio natura-
lis, quasi lex quædam raci-
talis liberis parentum hære-
ditatem addicit, cū ratio.
7. ff. de bon. damnator. l. si
scripto, 7. §. vlt. ff. si tab. tes-
ta. null. extab. Tū quia d.
l. 8. aperte dicit, quod totū
quicquid largitus fuerat,
reuertatur, ac proinde nō
committitur hoc liberis vo-
luntati donatoris, an velit
reuocare, vel non: sed ius
ipsum, & sanctio Impera-
toria edicit, vt reuertatur
imperatrici nimirum, non
voluntarie. Harpre.

c Pro concordia posset
ita distingui.] Adde quo-
que, istas duas contrarias
opinionis distinctionis re-
medio conciliantem, Pe-
trum Nicol. Mozz. in d.
tract. de donationib. tit. vlti-
m. nu. 76. Harpre.

f In genere tantum re-
nunciatur.] Item quod re-
nunciatio debeat esse in
specie, & nominatim facta
& non in genere, tradit
Ruinus in conf. 173. num.
13. Giach.

g Si esset donata res
modici momenti, &c.]
Quod in modica dona-
tione nō habet locū dispo-
sitioni d. l. si vnquam. C. de
reuoc. dona. præter Doct.
hic relatos, tradunt Petrus
Philipp. Corn. confil. 206.
col. 8. vers. concurrit etiā,
lib. 3. Curt. Sen. conf. 1. nu.
18. Curt. Iun. & Alciat. in
l. 1. C. de pact. Philip. Por.
lib. 1. comm. opin. Bald. in
l. 1. nu. 16. C. de iuoffic. do-
nat. Gail. lib. 2. obser. 102.
num. 5. D. Bocer. d. com-
ment. de don. c. 3. nu. 132.
Tiraqu. in repet. d. l. si vn-
quam, 8. in verb. omnia, vel
partem aliquam num. 24.

scilicet, quod imò nō possit pa-
ter renunciare dispositioni di-
ctæ legis in præiudicium filio-
rum, multi quoque tenuerunt,
& dicit Soc. in l. cum auus.
col. 19. ff. de condit. & de-
monst. quod hæc est communis
opi. Moder. Hanc etiam opi.
dicit esse communem Alci. in
l. pacta, quæ contra, C. de pa-
ctis, Paris. conf. 73. num. 32.
lib. 1. vbi recenset auctorita-
tes Soc. iun. conf. 137. num. 2.
lib. 2. & sic vt vides, hic arti-
culus tam propter auctorita-
tes, quā propter rationes hinc
inde adductas, est valde du-
bius, & periculosus, & rene-
ra connumerando decisiones
Doctorum, suspicior opin. Bar.
quod, si possit renunciare, esse
magis communem. Sed con-
traria opin. mihi semper ma-
gis placuit, nunquam enim
potui mihi persuadere, quod
dispositio d. l. si vnquam. non
sit inducta tam fauore filio-
rum, quam ipsius donantis.
Hæc etiam opi. est proculdu-
bio magis æqua, & benigna,
& secundum eā pluries fuisse
iudicatum attestantur Docto-
res super allegati: & in hanc
pariter inclinavit Senatus in
causa D. Hieron. Lonati: Ta-
men pro concordia posset ita
distingui. Aut non constat,
quod donator voluerit renun-
ciare dispositioni d. l. si vnquam.
quia, scilicet et in genere tantum
renunciatur omnibus legiti-
bis, & omni iuris auxilio,
vel huiusmodi, nulla facta me-
tione dispositionis d. l. si vn-
quam. & hoc casu intrepide
tenendum est cum opi. nega-
tiua, quod nullo modo censea-
tur renunciatum dict. legi, &
sic, quod tali renunciatione
non obstante, donatio ipsa su-
peruenientibus liberis reuoce-
tur: Aut vero fuit renuncia-
tum in specie dispositioni l. si
vnquam. & tunc siquidem do-
nans erat maior 25. annis, pos-

set teneri opi. Bart. quod po-
tuerit renunciare, & quod do-
natio propter superuentientiam
liberorū non reuocetur: Aut
erat minor, & tunc teneo,
quod talis renunciatio nihil
prorsus operetur, neq; in hoc
facio vim, an in donatione sit
appositum iuramentum, vel
non. Sicut enim donatio etiam
iurata reuocatur ex dispositione l. si vnquam, vt dixi in-
fra quæstione vigesima tertia. Idem dicendum est, etiam si
addita sit renunciatio dictæ legis. Quia enim facilita-
te minor indicitur ad donandum, eadem etiam inducitur ad
renunciandum, & iuramentum maxime attento, quod hodie
in omnibus instrumentis passim, & indistincte Notarij ap-
ponunt iuramentum, cuius virtutem plerique contrahentiū
ignorant: sed vbi donans est maior, & in specie renunciavit
dispositioni, l. si vnquam, forte tutius esset (vt dixi) tenere
cum Bart. Nā dispositio l. si vnquam, fundatur in præsumpta
mente donantis, quæ cessat, vbi de contraria eius mente ex-
presse apparet: & hoc multo magis procederet, si donatio ef-
set iurata, & maxime si iuramentum esset in specie apposi-
tum ipsi renunciationi: & secundum hanc distinctionem, si
casus contingeret, consulerem, & iudicarem.

Quarto infertur, quod ad hoc, vt sit locus dispositioni, d. l.
si vnquam. Necessè est donationem esse tantæ importantiæ,
quā verisimiliter donator non fecisset, si de filijs cogitasset.
Hæbit ergo proculdubio locum dispositio dictæ legis in do-
natione omnium bonorum, sed & in donatione maioris par-
tis bonorum, imò etiam in donatione cuiuslibet partis bono-
rum, etiam infra dimidiam. Et hæc est commun. opin. vt ait
Ripa in l. 1. nu. 6. C. de pact. & in d. l. si vnquam, in 7. quæst.
quem refert Arelat. in Apostill. ad Alciat. de præsumpt. in
1. Regul. præsumpt. 13. numer. 3. Tiraquell. in dict. l. si vn-
quam, in verb. Omnia, vel partem aliquam, num. 24. quem
refert Didac. l. b. 1. resolut. cap. 19. circa fin. Fortius etiam
(secundum aliquos) locum habet in donatione alicuius rei
particularis. Et hanc esse communem opinionem attesta-
tur Ruin. confil. 137. num. 13. in fin. lib. 1. Ripa in d. l. si vn-
quam, in 8. quæst. quem refert Arelaten. in loco proxime
alleg. Socin. iun. conf. 83. nu. 19. lib. 3. Et quod dispositio d. l.
locum habet etiam in donatione rei particularis, quæ sit ma-
gni valoris, dicit esse communem, Claud. in lex facta. post
numer. 11. ff. de vulgar. Ceterum si esset donata, res modi-
ci momenti, certe talis donatio minime propter superueni-
entiam liberorum reuocatur. Ita tenet Imol. loquendo per ver-
bum, forte, in cap. fin. num. 21. de donation. & est commu-
nis opinio, vt ait Dec. confil. 181. num. 3. Non enim est ve-
risimile, quod donator, etiam si de liberis cogitasset, ab hu-
iusmodi donatione abstinuisset. Et hoc casu bonum esset
habere iudicem fauorabilem. Nam quæ donatio dicatur
magna, vel parua, inspecta qualitate personarum, stan-
dum est Iudicis arbitrio, iuxta quæ dixi supra libro secundo,
§. Index.

Q V A E S T I O XXIII.

S V M M A R I A.

Ex Claro.

- 1 Dispositio l. si vnquam. an locum habeat, etiam si in donatione
appositum fuerit iuramentum.
- 2 Et an locum habeat in donatione facta Ecclesia.
- 3 Et an locum habeat in donatione ob causam.
- 4 Et an habeat locum in legatis.
- 5 Et an habeat locum in legatione filij spurij, vel naturalis.

- 6 Et an habeat locum, si post donationem nascatur donanti filius
naturalis tantum.
- 7 Et quid si natus esset ante donationem, sed fuerit post ipsam do-
nationem legitimatus.
- 8 Et an reuocatio, quæ fit ex dispositione d. l. si vnquam, fiat ex ip-
so iure.
- 9 Et quid si liberi post donationem nati moriantur vno testato-
re, an donatio reconualecat.
- 10 Et an si donator viuens nihil dixit, possint eius hæredes dona-
tionem ipsam reuocare.

Ex